PETRUS PICTAVIENSIS. PETRUS COMESTOR

Frankreich, 13. Jh. Seite 50r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=901
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

obtulerunt hostias: sedit q; ppls mandu
care & bibere. & surrexerunt ludere. i. adora
xxxi. re. Tunc ait dns ad moysen: descende. pec
cauit ppls tuus. q. d. Jam non meus. dimi
tte me ut deleam eos. faciamq; te in gentem
magnam. Cui moyses. queso dne: quiescat
ira tua. ne dicant egiptii: callide eduxit
eos ut interficeret in montibus. impotens eis
dare terram quam promiserat. Recordare q; ser
uorum tuorum: quibus iurasti. dicens. terram hanc
dabo semini uestro. Placato q; dno: descendit
moyses. ferens tabulas scriptas ex utraq; par
te digito dei. Cui occurrit iosue. qui forte
xxxii. singulis diebus in occursum ei egrediebatur: non
enim credibile est cum moyse eum ieiunasse.
Et ait ad moysen. ululatus pugne est in castris.
Cui moyses, imo uox est cantantium: & appro
pinquans: uidit uitulum & choros: & iratus
proiecit tabulas: & confracte sunt. Conbussit
q; uitulum: & in massam redegit in puluerem.
quem sparsit in aquam: & dedit ex eo potum
filiis isrl. Cumq; accusaret aaron: quod pplm
audierat: excusans se aaron: dixit que
supra dicta sunt. dicens se timuisse pplm. quia
pronus erat ad malum. Videns ergo moyses quod
nudatus esset ppls: ornamentis. s. uel auxilio
Intellige. dei: uel potius: ydolatriam quam longo ante ceperat
tandem manifestauerat: uel forte uidens eos
indicatos a deo sceleris auctores: per puluerem
bibitum qui in barbis eorum miraculose ap
paruit: stans in porta castrorum: & aduocans
leuitas: ait. qui dni est: iungatur mihi. ponat
uir gladium super femur suum. transite
per medium castrorum. occidat quisq; amicum
& fratrem suum. quem. s. signatum puluere
inuenerit. & ceciderunt ea die: xxiii. milia.
Alia translatio habet: xx. iii. De his omnibus que
dicta sunt de uitulo: tacet iosephus. tamen opi
niones eorum de mora moysi narrat. Alii enim
dicebant eum a bestiis comestum. Alii: a dno
translatum. Alii sane mentis: cum dno philo
xxxiii. sophantem. De prece moysi & minis dni.

Altero die locutus est moyses ad pplm. peccas
tis peccatum maximum. ascendam ad
dnm si quo modo eum deprecari pro uobis. Et cum as
cendisset: ait. obsecro dne: aut dimitte eis

hanc noxam: aut dele me de libro tuo
quem scripsisti. quod de impetu animi non de ratione
dictum quidam tradunt. uel ex magna
confidentia in dnm: per impossibile dictum.
quasi. sic impossibile est ut me deleas: sic oro:
non posse fieri quin dimittas. Aug. dicit:
ex consequentibus ratiocinationem debere concludi.
di. ut. s. quod consequitur pretermittatur. sic. aut
dele me. aut dimitte eis. quod ponitur pro equi
pollenti sua. quasi. si non deles me: dimitte
eis. disiuncta enim uertitur in coniunctam:
destructo quod antecedit: & manente quod consequitur.
Scribi aut uel deleri de libro uite dicitur quis: du
pliciter. uel secundum prescientiam. uel secundum presentem
iusticiam. Cui dns. qui peccauerit mihi: de
lebo eum. q. d. non te: quia non peccasti. uade.
duc pplm istum: & angelus meus precedet te.
non enim ascendam tecum: quia ppls dure ceruicis
est. ne forte disperdam te in uia. Tra
dunt hebrei: quia prius ds ipse custos eorum
erat: deinceps dedit eis michaelem cus
todem eorum proprium. sic cetere nationes post
sibi habent angelos custodes delegatos.
Addidit etiam dns. semel ascendam in medio
tui & delebo te. Et est comminatio captiui
tatis babilonice. uel romane. Et nota:
ascensum dupliciter dici. uel ab inferioribus
ad superiora. uel ab occultis ad manifesta. et
est sensus: manifestabo me tibi: malo tuo.

De translatione postis tabernacli.

Audiens hoc ppls: luxit & nullus in
dutus est cultu suo. deposuerunt q; or
natum suum a monte oreb. quod commode
de priori tabernaculo intelligitur: quod sibi fe
cerant. ut ante ipm iura tractarent. quod est
hucusq; fuerat in radice montis ut ppi
quius esset dno: uoluit dns illud a se amoue
ri. & tetendit illud moyses ex altera parte cas
trorum. et longe a castris. Egrediebaturq; mo
yses ad illud. & plebs stabat in foribus taber
naculorum suorum: & adorabat procul. Descendebat
q; columpna nubis: & loquebatur cum moyse
cernentibus uniuersis: facie ad faciem: sic
solet loqui homo ad amicum suum. i. mani
feste. Quod moyses uidit posteriora dni.

Orauitq; iterum moyses ad dnm. respice